

uilia miretur uulcus; mihi flauus Apollo
 pocula Castalia plena ministret aqua,
 sustineamque coma metuentem frigora myrtum
 atque a sollicito multus amante legar.
 pascitur in iuvis Liuor; post fata quiescit,
 cum suus ex merito quemque tuetur honos.
 ergo etiam cum me supremus adederit ignis,
 iuam, parsque mei multa superstes erit.

35

40

LIBER SECVNDVS

I

Hoc quoque composui, Paelignis natus aquosis,
 ille ego nequitiae Naso poeta meae.
 hoc quoque iussit Amor; procul hinc, procul este, seueri!

non estis teneris apta theatra modis.

me legat in sponsi facie non frigida uirgo
 et rudis ignoto tactus amore puer;
 atque aliquis iuuenum, quo nunc ego, saucius arcu
 agnoscat flammae conscientia signa sua

miratusque diu 'quo' dicat 'ab indice doctus
 composuit casus iste poeta meos?'

ausus eram, memini, caelestia dicere bella
 centimanumque Gygen (et satis oris erat),
 cum male se Tellus ulta est ingestaque Olympo
 ardua deuexum Pelion Ossa tulit:

in manibus nimbus et cum Ioue fulmen habebam,

quod bene pro caelo mitteret ille suo.

clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen omisi;
 excidit ingenio Iuppiter ipse meo.

Iuppiter, ignoscas: nil me tua tela iuuabit;
 clausa tuo maius ianua fulmen habet.

blanditias elegosque leues, mea tela, resumpsi:
 mollierunt duras lenia uerba fores.

carmina sanguineae deducunt cornua lunae
 et reuocant niueos solis euntis equos;

carmine dissiliunt abruptis faucibus angues
 inque suos fontes uersa recurrit aqua;
 carminibus cessere fores, insertaque posti,
 quamuis robur erat, carmine uicta sera est.

5

10

15

20

25

38 atque a *yPay*: atque ita *PYSω*: aque ita *Müller* 39 fata *YSω*: facta *Pς* 40 cum *PSζ*:
 tum *Yζ*; tunc ω tuetur *Py* (-ent- *Y*) ω: sequetur *S* 41 adederit *PYS*: adusserit ω 42
 multa *PYSζ*: magna ζ

II I 3 seueri *PySω*: seuerae *FPfψ*: om. *Y* 5 sponsi facie *PYSζ*: facie sponsi ζ 12 gygen
PSPc¹Z: gigen *Yω*: gigem ζ; gigam *HPa*: gigam ζ 15 in manibus nimbus ζ; in manibus
PY: iuppiter in manibus *ySω*: in manibusque iouem *Bψ* 16 ille *PYSω*: ipse ζ 17 ego
PYSω: et ζ fulmen omisi ζ; fulmen amisi *PYDN²* (*ex-mina misit*): fulmina misi *pSω*:
 fulmen abiuit *Ea* 18 ipse *PYω*: ille *SNX* 19 tela *TJcMg*: uerba *PYSζ*: bella *yω*
 22 mollierunt *PY*: mollerant *pSω*

quid mihi profuerit uelox cantatus Achilles?
 quid pro me Atrides alter et alter agent,
 quiq[ue] tot errando quot bello perdidit annos,
 raptus et Haemonis flebilis Hector equis?
 at facie tenerae laudata saepe puellae
 ad uatem, pretium carminis, ipsa uenit.
 magna datur merces: heroum clara ualete
 nomina! non apta est gratia uestra mihi.
 ad mea formosos uultus adhibete, puellae,
 carmina, purpureus quae mihi dictat Amor!

30

35

II

Quem penes est dominam seruandi cura, Bagoa,
 dum perago tecum pauca, sed apta, uaca.
 hesterna uidi spatiantem luce puellam
 illa quae Danai porticus agmen habet.
 protinus, ut placuit, misi scriptoque rogaui;
 rescripsit trepida 'non licet' illa manu,
 et, cur non liceat, quaerenti redditu causa est,
 quod nimium dominae cura molesta tua est.
 si sapiis, o custos, odium, mihi crede, mereri
 desine: quem metuit quisque, perisse cupit.
 uir quoque non sapiens: quid enim seruare laboret
 unde nihil, quamuis non tueare, perit?
 sed gerat ille suo morem furiosus amori
 et castum, multis quod placet, esse putet;
 huic furtiu tuo libertas munere detur,
 quam dederis illi, reddat ut illa tibi.

5

10

15

29 profuerit *PYS*: profuerat *pç* uelox *PYS*: uictor *ç* cantatus *PY*: cantator *pS*
 30 quid pro me atrides *ç*: quid uero atrides *ç*: quidue rome thides *P*: quiduero methides
Y: et quid tytides *S*: quid pro me aiaces *ç*: quidue (-que *W¹*) mihi aiaces *yPbW¹*: quid
 uero (mihi *Vb*) aiaces *H²Vb* 33 facie *Mh* (ex corr.), *Heinsius*: facies *PYS* laudata
PS¹ (a eras.): laudate *Yç*: ut laudata est *ç*: laudata est *ç*: laudataque *yç*

II 1 dominam seruandi *PYS*: dominae seruandae *ç* bagoa *Jh* (ex corr.), *Lewis May*,
Kenney: bagoe *PS*: bagae *Y* (ut *uid.*): bagoge *yç* 5 misi *P* (ex misis) *ySç*: missis *YQ¹*:
 misso *ç* scriptoque *PYS*: noctemque *ç* 10 perisse *PYS*: perire *ç* 11 quid *PYS*:
 quis *yAb* labore *PS*: laborat *Yç*: labores *ç* 14 castum...quod (ut *S*)
PYS: castam...quae *ç* 15 huic *yS*: hic *PY*: hinc *Ea* (ut *uid.*) *Pf*

conscius esse uelis? domina est obnoxia seruo;
 conscius esse times? dissimulare licet.
 scripta leget secum: matrem misisse putato;
 uenerit ignotus: postmodo notus erit;
 ibit ad affectam, quae non languebit, amicam:
 uisat, iudiciis aegra sit illa tuis.
 [si faciet tarde, ne te mora longa fatiget,
 imposta gremio stertere fronte potes.]

nec tu linigeram fieri quid possit ad Isin
 quaesieris, nec tu curua theatra time.
 conscius assiduos commissi toller honores:
 quis minor est autem quam tacuisse labor?
 ille placet uersatque domum neque uerbera sentit,
 ille potens; alii, sordida turba, iacent.
 huic, uerae ut lateant, causae finguntur inanes;
 atque ambo domini, quod probat una, probant.
 cum bene uir traxit uultum rugasque coegit,
 quod uoluit fieri blanda puella, facit.
 sed tamen interdum tecum quoque iurgia nectat
 et simulet lacrimas carnificemque uocet;
 tu contra obiciens quae tuto diluat illa
 et ueris falso crimine deme fidem.
 sic tibi semper honos, sic arta peculia crescent;

haec fac, in exiguo tempore liber eris.
 aspicis indicibus nexas per colla catenas;
 squalidus orba fide pectora carcer habet.
 quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat
 Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit;

18-27 om. *PYS*, add. in marg. post 17 *P³*, in ima pag. y, sed post 17 insertos uoluit
 times *P³* (ex corr.) *yω*: uelis *P³T* 19 misisse *P³Z*: scripsisse *yω* 20 erit *P³yç*: eat
ω 21 affectam *ω*: afflactam *P³yç*: effatam *F²Nb* (-etam) 22 uisat iudiciis *DEaQ²*:
 uisaque iudiciis *PaPcψ*: uisa et iudicis *X*: uisat et iudicis *P³yω* 23-24 secl. *Lenz*, qui
 tamen et 18-22, 25-27 *iniuria damnauit* 24 potes *ç*: putes *P³yç* 25 linigeram *ψ*, exc.
 Put., ed. Ald. 1502: lanigeram *P³yω*: niligenam *QJf* (ex corr.): niligenam *Mg* isin *JhLc*,
Heinsius: isim *P³ySω* 28 autem *PYS*: unquam *yç*: homini *PfQ¹* 30 potens alii *PYç*:
 potens dominae *Sω*: placet dominae *ç* sordida...iacet *PYS*: sordida...iacet *ç*:
 cetera...iacet *ω* 31 finguntur *Pç*: fingunt *Y*: finguntur *ySACt*: finguntur *ç* inanes
pySω: honores *PYC* (u.l.) *DKe* 37 obiciens *KaKb*, *Heinsius*: obicies (ab-*YH*)
PYS quae *PYS*: quod *ç* 38 et ueris falso *Ehwald*: et ueri falso *Pcψ*: et ueri in falso
T: in ueri falso *Ac¹B*: in uerum falso *PYObZ*: in uero falso *pSω*: in falso uero *ç*: in falso
 ueri *EaVb*: in falso uerum *W*: i uerum falso *F*: i ueris (aut ueram) falso *Heinsius*: in ueris
 falso *Magnus* 39 (hono si c)arta *Y* (ut *uid.*), *Burman*: alta *PySω*: orta *D* (ut *uid.*) *F*:
 curta *Heinsius* peculia *PYç*: pecunia *ySω*: potentia *PbPf* crescent *PYSDF¹*: crescent
y: crescit *ω*: crescit *ç* 40 fac in *PYCVa²*: face in *Va¹*: facis *Sç*: fac, face, fac et, face et, *face* et, *ω*

20

25

30

35

40

45

dum nimium seruat custos Iunonius Io, 45
 ante suos annos occidit; illa dea est.
 uidi ego compedibus liuentia crura gerentem
 unde uir incestum scire coactus erat;
 poena minor merito: nocuit mala lingua duobus;
 uir doluit, famae damna puella tulit. 50
 crede mihi, nulli sunt crimina grata marito,
 nec quemquam, quamuis audiat, illa iuuant:
 seu tepet, indicium securas perdis ad aures;
 siue amat, officio fit miser ille tuo.
 culpa nec ex facili quamuis manifesta probatur: 55
 iudicis illa sui tuta fauore uenit.
 uiderit ipse licet, credet tamen ille neganti
 damnabitque oculos et sibi uerba dabit;
 aspiciat dominae lacrimas, plorabit et ipse
 et dicet 'poenas garrulus iste dabit'. 60
 quid dispar certamen inis? tibi uerbera uicto
 assunt, in gremio iudicis illa sedet.
 non scelus aggredimur, non ad miscenda coimus
 toxica, non stricto fulminat ense manus;
 quaerimus ut tuto per te possimus amare: 65
 quid precibus nostris mollius esse potest?

III

Ei mihi, quod dominam nec uir nec femina seruas,
 mutua nec Veneris gaudia nosse potes!
 qui primus pueris genitalia membra recidit,
 uulnera quae fecit debuit ipse pati.
 mollis in obsequium facilisque rogantibus esses, 5
 si tuus in quauis praetepuisset amor.
 non tu natus equo, non fortibus utilis armis,
 bellica non dextrae conuenit hasta tuae.

45 io ω: ion PYSξ 49 merito nocuit ω: nocuit merito PYSξ 53 aures py (-is Y) ω:
 auras PSD 54 officio PYSξ: indicio ξ fit ySω: sit PY (ut uid.) AcF¹ (ut uid.) 59
 aspiciat PYS: aspiciet pyω et ipse PYω: et ille AbPb: et illa S: ut illa p

III separant PySω: continuant Y (qui et alibi in hac re haud raro neglegens est) Md post I
 xii legitur in Kd, post II xvi in Mk 1 seruas PySω: seruat Yξ 2 potes pySω: putes P:
 putas Y (ut uid.): potest Ac¹Pf 4 ipse PYω: ille Sξ 6 quauis PYξ: quamuis Sξ

ista mares tractent; tu spes depone uiriles:
 sunt tibi cum domina signa ferenda tua. 10
 hanc imple meritis, huius tibi gratia prosit;
 si careas illa, quis tuus usus erit?
 est etiam facies, sunt apti lusibus anni;
 indigna est pigro forma perire situ.
 fallere te potuit, quamuis habeare molestus: 15
 non caret effectu quod uoluere duo.
 aptius at fuerit precibus temptasse: rogamus,
 dum bene ponendi munera tempus habes.

IV

Non ego mendosos ausim defendere mores
 falsaque pro uitiis arma mouere meis.
 confiteor, si quid prodest delicta fateri;
 in mea nunc demens crimina fassus eo. 5
 odi, nec possum, cupiens, non esse quod odi:
 heu quam, quae studeas ponere, ferre graue est!
 nam desunt uires ad me mihi iusque regendum;
 auferor, ut rapida concita puppis aqua.
 non est certa meos quae forma inuitet amores:
 centum sunt causae cur ego semper amem. 10
 siue aliqua est oculos in humum deiecta modestos,
 uror, et insidiae sunt pudor ille meae;
 siue procax aliqua est, capior quia rustica non est
 spemque dat in molli mobilis esse toro;
 aspera si uisa est rigidasque imitata Sabinas, 15
 uelle sed ex alto dissimulare puto;
 siue es docta, places raras dotata per artes;
 siue rudis, placita es simplicitate tua.

9 tractent PYSω: tractant ξ 15 potuit PYSω: potui ξ: poterit TVb 17 aptius at Heinsius: aptius ut PySω: aptus erait Y fuerit PYSω: fuerat NTy: fieret yξ

IV 4 fassus Pyω: fasus Y: falsus pSHVb 5 non esse yω: non nosse PYSξ: odisse ξ: non
 odisse Ac¹Va¹ 6 quae PYSξ: quod ξ 7 regendum PYω: regendi yN: ferendum S:
 gerendum F¹ 9 inuitet PYSω: irritet yξ 11 humum dubitanter Heinsius: me PYSω:
 se ξ 12 sunt PYSω: fit ξ: est C¹W 15 rigidasque PYSω: rigidas ξ 17 es...places pySξ:
 es...plages PY: est...placet ω 18 placita es Ab¹: placida es HVa¹: placita est PaVb:
 placeas pSPh¹ (ut uid.): places PY: placeat X: capior yω tua PYSξ: sua ω: mea D

est quae Callimachi p[ro]ae nostris rustica dicat
carmina: cui placeo, protinus ipsa placet;
est etiam quae me uatem et mea carmina culpet:
culpantis cupiam sustinuisse femur.
molliter incedit: motu capit; altera dura est:
at poterit tacto mollior esse uiro.
huic, quia dulce canit flectitque facillima uocem,
oscula cantanti rapta dedisse uelim;
haec querulas habili percurrit pollice chordas:
tam doctas quis non possit amare manus?
illa placet gestu numerosaque bracchia ducit
et tenerum molli torquet ab arte latus:
ut taceam de me, qui causa tangor ab omni,
illic Hippolytum pone, Priapus erit.
tu, quia tam longa es, ueteres heroidas aequas
et potes in toto multa iacere toro;
haec habilis breuitate sua est: corrumpor utraque;
conueniunt uoto longa breuisque meo.
non est culta: subit quid cultae accedere possit;
ornata est: dotes exhibet ipsa suas.
candida me capiet, capiet me flaua puella;
est etiam in fusco grata colore uenus.
seu pendent niuea pulli ceruice capilli,
Leda fuit nigra conspicienda coma;
seu flauent, placuit croceis Aurora capillis:
omnibus historiis se meus aptat amor.
me noua sollicitat, me tangit senior aetas:
haec melior specie, moribus illa placet.
denique quas tota quisquam probat Vrbe puellas,
noster in has omnes ambitiosus amor.

20

25

30

35

40

45

23 incedit ω: incessit *PYS*ς 23-24 dura est...esse codd. (est om. H): dure...isse *Heinsius*
24 at *PYω*: ac *N*: sed *SObVb²X*: et *BH* 25 huic *Heinsius*: haec codd. 27 habili *PYS*ω:
agili γ̄ 29 ducit *PYS*ω: iactat γ̄ 38 ipsa *PYS*ς: illa γ̄ 46 moribus *VbW*: corporis
*PYS*ω placet *PYS*ω: sapit γ̄: capit *N* (*u.l.*) 47 tota...urbe *PYS*ω: toto...orbe
γ̄ probat *PYS*ω: probet γ̄

V

Nullus amor tanti est (abeas, pharetrate Cupido),
ut mihi sint totiens maxima uota mori.
uota mori mea sunt, cum te peccasse recordor,
o mihi perpetuum nata puella malum!
non mihi deceptae nudant tua facta tabellae
nec data furtive munera crimen habent.
o utinam arguerem sic, ut non uincere possem!
me miserum! quare tam bona causa mea est?
felix, qui quod amat defendere fortiter audet,
cui sua 'non feci' dicere amica potest!
ferreus est nimiumque suo fauet ille dolori,
cui petitur uicta palma cruenta rea.
ipse miser uidi, cum me dormire putares,
sobrius apposito crimina uestra mero.
multa superciliosi uidi uibrante loquentes;
nubibus in uestris pars bona uocis erat.
non oculi tacuere tui conscriptaque uino
mensa, nec in digitis littera nulla fuit.
sermonem agnoui, quod non uideatur, agentem
uerbaque pro certis iussa ualere notis.
iamque frequens ierat mensa conuia relictus;
compositi iuuenes unus et alter erant:
improba tum uero iungentes oscula uidi
(illa mihi lingua nexa fuisse liquet),
qualia non fratri tulerit germana seuero,
sed tulerit cupidus amica uiro,
qualia credibile est non Phoebo ferre Dianam,
sed Venerem Marti saepe tulisse suo.
'quid facis?' exclamo 'quo nunc mea gaudia defers?
iniciam dominas in mea iura manus!
haec tibi sunt mecum, mihi sunt communia tecum:
in bona cur quisquam tertius ista uenit?'
haec ego, quaeque dolor linguae dictauit; at illi
conscia purpureus uenit in ora pudor,

V 3 peccasse *pYS*ω: peccare *P* 4 o *AcTKa*: io *Q*: ei *PYS*ω: heu γ̄: tu *Ea* 5 mihi
deceptae *PYS*ω: mihi decepto *F²Pcψ*: mihi delatae *HMd*: male delatae *Heinsius*, qui et
mihi detectae olim coni. tabellae *PYω*: puellae *SN²ObQ¹* 21 relicta *PYS*ω: remota
γ̄ 27 Phoebo...Dianam *Bentley*: phoebum...dianae codd. 29 defers γ̄: differs *PYS*ω
30 dominas *PYS*ς: proprias γ̄: cupidas *BPb* 34 pudor *PYS*ω: rubor γ̄: color *C* (*u.l.*)
DPf

quale coloratum Tithoni coniuge caelum
subrubet, aut sponso uisa puella nouo,
quale rosae fulgent inter sua lilia mixtae,
aut, ubi cantatis, Luna, laborat equis,
aut quod, ne longis flauescere possit ab annis,
Maeonis Assyrium femina tinxit ebur:
his erat aut alicui color ille simillimus horum,
et numquam casu pulchrior illa fuit.
spectabat terram: terram spectare decebat;
maesta erat in uultu: maesta decenter erat.
sicut erant (et erant culti) laniare capillos
et fuit in teneras impetus ire genas.
ut faciem uidi, fortes cecidere lacerti:
defensa est armis nostra puella suis.
qui modo saeuus eram, supplex ultroque rogaui
oscula ne nobis deteriora daret.
risit et ex animo dedit optima, qualia possent
excuteire irato tela trisulca Ioui.
torqueor infelix, ne tam bona senserit alter,
et uolo non ex hac illa fuisse nota.
haec quoque, quam docui, multo meliora fuerunt,
et quiddam uisa est addidicisse noui.
quod nimium placuere, malum est, quod tota labellis
lingua tua est nostris, nostra recepta tuis.
nec tamen hoc unum doleo, non oscula tantum
iuncta queror, quamvis haec quoque iuncta queror:
illa nisi in lecto nusquam potuere doceri;
nescioquis pretium grande magister habet.

VI

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis,
occidit: exsequias ite frequenter, aues;

41 his *PYSw*: is ζ ; hic ζ alicui ζ ; aliqui *PYAc*: aliquis *ySw* 42 numquam casu *PYSw*:
casu numquam ζ 45 culti *PYSw*: compti $\gamma\zeta$ 51 optima *PYz*: oscula *Sw* 61
nusquam *PYSz*: numquam ω

VI Imitatrix ales *PY(ut uid.)Sz*: ales mihi (tibi *Ea*) missus ω : ales transmissus $\gamma\zeta$ indis
PYSz: undis *C¹N²Ob*: oris ζ 2 ite *PYSz*: ferte *yw*

ite, piae uolucres, et plangite pectora pinnis
et rigido teneras ungue notate genas;
horrida pro maestis lanietur pluma capillis,
pro longa resonent carmina uestra tuba.
quod scelus Ismarii quereris, Philomela, tyranni,
expleta est annis ista querela suis;
alitis in rarae miserum deuertere funus;
magna sed antiqua est causa doloris Itys.
omnes, quae liquido libratis in aere cursus,
tu tamen ante alios, turtur amice, dole.
plena fuit uobis omni concordia uita
et stetit ad finem longa tenaxque fides.
quod fuit Argolico iuuenis Phoeceus Orestae,
hoc tibi, dum licuit, psittace, turtur erat.
quid tamen ista fides, quid rari forma coloris,
quid uox mutandis ingeniosa sonis,
quid iuuat, ut datus es, nostrae placuisse puellae?
infelix, auium gloria, nempe iaces.
tu poteras fragiles pinnis hebetare zmaragdos,
tincta gerens rubro Punica rostra croco.
non fuit in terris uocum simulantior ales:
reddebas blaeso tam bene uerba sono.
raptus es inuidia: non tu fera bella mouebas;
garrulus et placidae pacis amator eras.
plenus eras minimo, nec prae sermonis amore
in multos poteras ora uacare cibos;
nux erat esca tibi causaeque papaueru somni,
pellebatque sitim simplicis umor aquae.
ecce, coturnices inter sua proelia uiuunt,
forsitan et fiunt inde frequenter anus.
uiuit edax uultur ducensque per aera gyros
miluus et pluuiiae graculus auctor aquae;

7 quod *PSN*: quid *yw* philomela *PYS*: philomena ω 8 annis *yw*: animis *P(ut uid.)*
YSz suis ζ ; tuis *PYSz* 9 deuertere *Heinsius*: deuertite (-ice *YH¹ [ut uid.]*) *PYz*:
diuertite *Sz* 11 quae *ySw*: qui *Yz*: de *P incert.* libratis *PYSz*: uibratis ζ aere *Sw*:
aera *P(ut uid.) YCva* cursus *PSw*: pennas *y* (-is *Y*) ζ 12 alios *PYSz*: alias ω 14
longa *PYSw*: firma *DVb* 15 orestae *PYN(-ste)*: oresti *Sw* 19 es *PYw*: est *SPc¹Q¹* 21
zmaragdos PYMm: smaragdos *ySw* 30 poteras *PYz*: poterant *ySz* 27-28 post 32
ponendos censuit Markland 27 sua *PYSw*: fera ζ 28 fiunt ω : fiant *PY*: fient *Sz* 33
ducensque *DFy*: ducitque *PYSw* 34 miluus et *PYz*: miluus et *yw*: miluus et est *Sz*:
miluus et in *H* graculus $\gamma\zeta$: gragulus *PY*: garrulus *Sz* auctor *codd.*: augur *Heinsius*

uiuit et armiferae cornix inuisa Mineruae,
 illa quidem saeclis uix moritura nouem.
 occidit ille, loquax humanae uocis imago,
 psittacus, extremo munus ab orbe datum.
 optima prima fere manibus rapiuntur auaris;
 implentur numeris deteriora suis:
 tristia Phylacidae Thersites funera uidit
 iamque cinis uiuis fratribus Hector erat.
 quid referam timidae pro te pia uota puellae,
 uota procelloso per mare rapta Noto?
 septima lux uenit non exhibitura sequentem,
 et stabat uacuo iam tibi Parca colo;
 nec tamen ignauo stupuerunt uerba palato:
 clamauit moriens lingua 'Corinna, uale!'
 colle sub Elycio nigra nemus ilice frondet
 udaque perpetuo gramine terra uiret.
 si qua fides dubiis, uolucrum locus ille piarum
 dicitur, obscenae quo prohibentur aues.
 illuc innocui late pascuntur olores
 et uiuax phoenix, unica semper aus;
 explicat ipsa suas ales Iunonia pinnas,
 oscula dat cupidu blanda columba mari.
 psittacus has inter nemorali sede receptus
 conuertit uolucres in sua uerba pias.
 ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus,
 quo lapis exiguum par sibi carmen habet:
COLLIGOR EX IPSO DOMINAE PLACVISSE SEPVLCHRO.
ORA FVERE MIHI PLVS AVE DOCTA LOQVI.

VII

Ergo sufficiam reus in noua crimina semper?
 ut uincam, totiens dimicuisse piget.

35 armiferae *PYSω*: armigerae ζ 37 ille ζ; illa *PYSω* 45 uenit *PYSω*: aderat *Ab²Pc*
 46 uacuo *PYSζ*; uacula ω 55 ipsa suas (uas *P*) ales *Pyζ*; atque suas ales ζ; uasales ipsas
Y; ipsa suas *S*

VII 1 ergo *PYSζ*; ergo ego *yω* 2 ut *YSω*; et *PEa* piget *PYSζ*; pudet ω

35
 40
 45
 50
 55
 60

sue ego marmorei respexi summa theatri,
 eligis e multis unde dolere uelis;
 candida seu tacito uidit me femina uultu,
 in uultu tacitas arguis esse notas;
 si quam laudaui, miseros petis ungue capillos;
 si culpo, crimen dissimulare putas;
 sue bonus color est, in te quoque frigidus esse,
 seu malus, alterius dicor amore mori.
 atque ego peccati uellem mihi conscius essem!
 aequo animo poenam, qui meruere, ferunt.
 nunc temere insimulas credendoque omnia frustra
 ipsa uetas iram pondus habere tuam.
 aspice, ut auritus miserandae sortis asellus
 assiduo domitus uerbere latus eat.
 ecce, nouum crimen: sollers ornare Cypassis
 obicitur dominae contemerasse torum.
 di melius, quam me, si sit peccasse libido,
 sordida contemptae sortis amica iuuet!
 quis ueneris famulae conubia liber inire
 tergaque complecti uerbere secta uelit?
 adde quod ornandis illa est operata capillis
 et tibi per doctas grata ministra manus:
 scilicet ancillam, quae tam tibi fida, rogarem?
 quid, nisi ut indicio iuncta repulsa foret?
 per Venerem iuro puerique uolatilis arcus
 me non admissi criminis esse reum.

VIII

Ponendis in mille modos perfecta capillis,
 comere sed solas digna, Cypassi, deas,

7 miseros *yω*: misero *PYSCVa²* 8 culpo *yω*: cui do *Sζ*; cui pro *PY* 9 esse *ySω*: esset
PY 11 essem *PYSζ*: esse ω 17 nouum crimen sollers ornare *PYSζ*: tuum sollers
 caput exornare ζ 19 si υ, *Naugierius*: sic *PYSω* peccasse *PYSω*: peccare ζ 20 sortis
yω: sortis *PYSζ* 23 ornandis ω: ornatis *PYSζ* illa est operata *PYSCN¹*: illa est
 operosa ω: ipsa est operanda *F*: operosa est illa ζ 24 per doctas ω: perdocta est
PYS grata *PYSω*: apta ζ 25 quae tam ω: querat *P*: qua erat *Y* (*ut uid.*): quod erat *y*,
Kenney: quae erat *Sζ*: quae sit *B* (*ut uid.*) *Ea*: quia erat *Palmer* 27 arcus *PSω*: arcum *Y*

VIII 1 modos *PYSZ*: modis ω

et mihi iucundo non rustica cognita furto,
 apta quidem dominae, sed magis apta mihi,
 quis fuit inter nos sociati corporis index? 5
 sensit concubitus unde Corinna tuos?
 num tamen erubui? num uerbo lapsus in ullo
 furtiuae ueneris conscientia signa dedi?
 quid quod, in ancilla si quis delinquere possit,
 illum ego contendi mente carere bona? 10
 Thessalus ancillae facie Briseidos arsit,
 serua Mycenaeo Phoebas amata duci;
 nec sum ego Tantalide maior nec maior Achille;
 quod decuit reges, cur mihi turpe putem?
 ut tamen iratos in te defixit ocellos, 15
 uidi te totis erubuisse genis.
 at quanto, si forte refers, praesentior ipse
 per Veneris feci numina magna fidem!
 (tu, dea, tu iubeas animi periuria puri
 Carpathium tepidos per mare ferre Notos.) 20
 pro quibus officiis pretium mihi dulce repende
 concubitus hodie, fusca Cypassi, tuos.
 quid renuis fingisque nouos, ingrata, timores?
 unum est e dominis emeruisse satis.
 quod si stulta negas, index ante acta fatebor 25
 et ueniam culpae proditor ipse meae,
 quoque loco tecum fuerim quotiensque, Cypassi,
 narrabo dominae quotque quibusque modis.

IX

O numquam pro re satis indignande Cupido,
 o in corde meo desidiose puer,

7 num S: nam P^f: nunc P: non Y^w: nec D num PY^S: nec ω: non ζ: num(ero collapsus
 in ullo) HN²: uero PY ullo PY^Sω: uno ζ 9 ancilla PY^Sζ: ancillam ω
 10 illum ego PY^Sω: illum ζ 12 mycenaeo PY^Sω: mycenaeo est ζ 13 nec sum ego
 PY^Sζ: nec sum Q: non sum ego N²Ph: non sum ω: non ego ζ maior nec PY^Sζ: nec
 forti ζ 16 uidi ψ: uudit PY^Sζ 19 puri PYC¹: nostri S^w 23 renuis PY^Sω: refugis ζ
 24 unum est PY^Sζ: est unum ω emeruisse PY^Sζ: promeruisse ζ: demeruisse W

IX 1 pro re Burman: pro me PY^Sω: per me ζ indignande Madvig: indigne codd.

quid me, qui miles numquam tua signa reliqui,
 laedis, et in castris uulneror ipse meis?
 cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos? 5
 gloria pugnantes uincere maior erat.
 quid? non Haemonius, quem cuspide perculit, heros
 confossum medica postmodo iuuit ope?
 uenator sequitur fugientia, capta relinquit,
 semper et inuentis ulteriora petit. 10
 nos tua sentimus, populus tibi deditus, arma;
 pigra reluctanti cessat in hoste manus.
 quid iuuat in nudis hamata retundere tela
 ossibus? ossa mihi nuda reliquit amor.
 tot sine amore uiri, tot sunt sine amore puellae: 15
 hinc tibi cum magna laude triumphus eat.
 Roma, nisi immensum uires promosset in orbem,
 stramineis esset nunc quoque tecta casis.
 fessus in acceptos miles deducitur agros,
 mittitur in saltus carcere liber equus, 20
 longaque subductam celant naualia pinum,
 tutaque deposito poscitur ense rudis:
 me quoque, qui totiens merui sub amore puellae,
 defunctum placide uiuere tempus erat.
 'uiue' deus 'posito' si quis mihi dicat 'amore', 25
 deprecer: usque adeo dulce puella malum est.
 cum bene pertaesum est animoque relanguit ardor,
 nescioquo miserae turbine mentis agor.
 ut rapit in praeceps dominum spumantia frustra
 frena retentantem durior oris equus, 30
 ut subitus, prope iam prensa tellure, carinam
 tangentem portus uentus in alta rapit,
 sic me saepe refert incerta Cupidinis aura
 notaque purpureus tela resumit Amor.

4 meis PY^Sζ: tuis ω 8 confossum P (consp-) Y^Sζ: confessum ζ: confusum F: cum petiit
 ζ 11 deditus PY^Sω: subditus ζ 12 in PY^Sω: ab ζ 13 retundere PY^Sζ: tundere Y (ut
 uid.): recondere ω: recumbere (aut -tum-) N 14 reliquit Y^w: relinquit PSCVb 17
 promosset Y^Sζ: promouisset PB: mouisset S^w: misisset Q¹ 18 tecta PY^Sω: densa
 ζ 20 cum 22 commutant ζ 21 pinum PY^Sζ: puppim ζ 23 merui PY^Sω: morior ζ
 25 nouam elegiam incipere censuit Müller 26 malum est PY^Sω: malum (est post adeo
 T) ζ 27 animoque PYSCVb: animique ω relanguit JcMg: resanuit yCH²: resan/uit
 P: resannuit Y: reuanuit y (sscr.) S^w: euanuit ζ ardor PY^Sω: error D 31 prensa
 PY^Sω: pressa ζ 32 rapit PY^Sω: trahit ζ

fige, puer! positis nudus tibi praebeor armis;
hic tibi sunt uires, hic tua dextra facit.
huc tamquam iussae ueniunt iam sponte sagittae;
uix illis prae me nota pharetra sua est.
infelix, tota quicunque quiescere nocte
sustinet et somnos praemia magna uocat!
stulte, quid est somnus gelidae nisi mortis imago?
longa quiescendi tempora fata dabunt.
me modo decipient uoces fallacis amicæ
(sperando certe gaudia magna feram),
et modo blanditias dicat, modo iurgia nectat,
saepe fruar domina, saepe repulsus eam.
quod dubius Mars est, per te, priuigne Cupido, est,
et mouet exemplo uitricus arma tuo;
tu leuis es multoque tuis uentosior alis
gaudiaque ambigua dasque negasque fide.
si tamen exaudis, pulchra cum matre, Cupido,
indeserta meo pectore regna gere:
accendant regno, nimium uaga turba, puellæ;
ambobus populis sic uenerandus eris.

X

Tu mihi, tu certe, memini, Graecine, negabas
uno posse aliquem tempore amare duas.
per te ego decipior, per te deprensus inermis
ecce duas uno tempore turpis amo.
utraque formosa est, operosæ cultibus ambae,
artibus in dubio est haec sit an illa prior;
pulchrior hac illa est, haec est quoque pulchrior illa,
et magis haec nobis et magis illa placet.

36 hic (*alt.*) *PYSω*: *huc Ke* facit *PYSç*: *ualet yç*: *iacit Ke* *huc...facit Heinsius* *hac...*
facit *Luck* 37 *huc Yω*: *hic PSAb* (*n-*) *Ea* *iussae PYSω*: *missae yç* 38 *sua PYSç*: *tua ç*
45 *nectat PYSω*: *quaerat p* (*u.l.*) *ç* 47 *te...cupido est pSç*: *te...cupido PYç*: *te est...*
cupido yN 51 *cupido PYSω*: *rogantem p* (*u.l.*) 52 *gere PYω*: *geret S*: *geras T*: *geris F¹Vb*: *gerem Ob*: *rege p* (*u.l.*) *Pc* (*u.l.*) *Q¹*

X 1 graecine *pyω*: graecene *Y*: greci *S*: tu grece *P* 3 te ego *PYω*: te *Sç* 4 turpis *PYSç*:
solus *yω* 7 *hac...haec ç*: *haec...hac ç*: *haec...haec PYSω*

erro uelut uentis discordibus acta phaselos,
diuiduumque tenent alter et alter amor.
quid geminas, Erycina, meos sine fine dolores?
non erat in curas una puella satis?

quid folia arboribus, quid pleno sidera caelo,
in freta collectas alta quid addis aquas?

sed tamen hoc melius, quam si sine amore iacerem:

hostibus eueniat uita seuera meis;

hostibus eueniat uiduo dormire cubili

et medio laxe ponere membra toro.

at mihi saeuus Amor somnos abrumpat inertes

simque mei lecti non ego solus onus;

me mea disperdat nullo prohibente puella,

si satis una potest, si minus una, duae.

sufficiam: graciles, non sunt sine uiribus artus;

pondere, non neruis, corpora nostra carent.

et lateri dabit in uires alimenta uoluptas:

decepta est opera nulla puella mea;

saepe ego lasciuie consumpsi tempora noctis,

utilis et forti corpore mane fui.

felix, quem Veneris certamina mutua perdunt!

di faciant, leti causa sit ista mei!

induat aduersis contraria pectora telis

miles et aeternum sanguine nomen emat;

quaerat auarus opes et, quae lassarit arando,

aequora periuro naufragus ore bibat;

at mihi contingat Veneris languescere motu,

cum moriar, medium soluar et inter opus;

atque aliquis nostro lacrimans in funere dicat

'conueniens uitae mors fuit ista tuae'.

9 erro uelut *Camps*: ergo uelut *Ka*: errant ut *PYSç*: errat ut *Ab¹C*: errat et ut *ç*: errat ut a *PbVa²*: errat ut in *Z* phaselos *PYSD*: phaselus *yω* 10 tenent *PYω*: tenet *p* (*ut uid*) *Sç* 17 uiduo *P* (*b-*) *Yç*: *vacuo pySω* 18 laxe *PYS* (-o) *ç*: late *po* 19 at *YSω*: aut *P* 23 sufficiam *PY*: sufficient *Sω*: sufficient *ç*: sufficient *H* 27 lasciuie *Pω*: lasciuiae *YSPcZ* (-ç) consumpsi tempora *PYSω*: consumpto tempore *ç* 28 forti *PYSç*: fortis *ω* 29 perdunt *PYω*: rumpunt *pSç* 33 lassarit *PYω*: lassarat *Sç*: lassauit *pACh* arando *Y*, *Heinsius*: arundo *P*: irundo *C¹*: eundo *pySω* 35-36 contingat...cum moriar *PYSω*: cum moriar...ueniat *p* 36 et *PySω*: ut *ç*; de *Y incert*.

XI

Prima malas docuit, mirantibus aequoris undis,
 Peliano pinus uertice caesa uias,
 quae concurrentes inter temeraria cautes
 conspicuam fuluo uellere uexit ouem.
 o utinam, ne quis remo freta longa moueret,
 Argo funestas pressa bibisset aquas!
 ecce fugit notumque torum sociosque Penates
 fallacesque uias ire Corinna parat.
 quam tibi, me miserum, Zephyros Eurosque timebo
 et gelidum Borean egelidumque Notum!
 non illic urbes, non tu mirabere siluas:
 una est iniusti caerulea forma maris;
 nec medius tenues conchas pictosque lapillos
 pontus habet: bibuli litoris illa mora est.
 litora marmoreis pedibus signatae, puellae —
 hactenus est tutum, cetera caeca uia est —
 et uobis alii uentorum proelia narrent,
 quas Scylla infestet quasue Charybdis aquas,
 et quibus emineant uiolenta Ceraunia saxis,
 quo lateant Syrtes magna minorque sinu.
 haec alii referant; at uos, quod quisque loquetur,
 credite: credenti nulla procella nocet.
 sero respicitur tellus, ubi fune soluto
 currit in immensum panda carina salum,
 nauita sollicitus cum uentos horret iniquos
 et prope tam letum quam prope cernit aquam.
 quod si concussas Triton exasperet undas,
 quam tibi sit toto nullus in ore color!
 tum generosa uoces fecundae sidera Ledae
 et 'felix' dicas 'quem sua terra tenet!'

5

10

15

20

25

30

XI 1 undis *Sç*: undas *PYç* 9 quam *Ph²*, *Markland*: quid *PYSw* 10 egelidumque *Seneca Contr.* 2.2.12: et gelidumque *PYSC*: non gelidumque *ç*: praecipitemque *yw*: praetepidumque *F²HQ¹* 11 mirabere *YSw*: miserabere *P* 12 iniusti *PYSw*: inuisi *Q²T*: incerti *Ea* 13 pictosque *PYç*: pictosue *Hw*: uiridesque *Sç*: uariosque *F* 15 signatae *F²A*, *Naugerius*: signata *PYSç*: signanda *yw* 17 uobis *PYSw*: nobis *yç* 18 quasue *PYç*: quasque *Sç* 19 et *PYSw*: e *ç* 21 at *yw*: ad *PS*: loquetur *PYç*: loquatur *Sw* 22 credenti *yw*: querenti *PY* 23 ubi *PYSw*: cum *F²Q²Vb* 25 cum *ç*: tum *T*: quia *PYç*: qui *Ab*: iam *Sç*: quoque *yç* 27 quod *PYSç*: quid *ç*: exasperet *P* (et a-) *Yç*: exasperat *Sç* 28 quam tibi *PYSç*: quam si *Ob*: qui tibi *ç*: quid tibi *Pa²Pf*: et tibi *T*: tunc tibi *Pc¹* sit *PYSw*: si *Pf*: nunc *ç* 29 tum *PYç*: tunc *w*: tu *S* 30 quem *PSç*: quam *Yç*

tutius est fouisse torum, legisse libellos,
 Threiciam digitis increpusse lyram.

at, si uana ferunt uolucres mea dicta procellae,
 aequa tamen puppi sit Galatea tuae:
 35 uestrum crimen erit talis iactura puellae,

Nereidesque deae Nereidumque pater.
 uade memor nostri, uento redditura secundo;
 impleat illa tuos fortior aura sinus.
 tum mare in haec magnus proclinet litora Nereus,
 40 huic uenti spectent, huic agat aestus aquas.
 ipsa roges, Zephyri ueniant in lintea soli,
 ipso tua moueas turgida uela manu.

primus ego aspiciam notam de litore puppim
 et dicam 'nostros aduehit illa deos'
 excipiamque umeris et multa sine ordine carpam
 oscula; pro reditu uictima uota cadet,
 45 inque tori formam molles sternentur harenæ
 et cumulus mensae quilibet esse potest.
 illic apposito narrabis multa Lyaeo,

paene sit ut mediis obruta nauis aquis,
 dumque ad me properas, neque iniquae tempora noctis
 nec te praecipites extimuisse Notos.
 omnia pro ueris credam, sint facta licebit:
 50 cur ego non uotis blandiar ipse meis?
 haec mihi quam primum caelo nitidissimus alto
 Lucifer admisso tempora portet equo.

XII

Ite triumphales circum mea tempora laurus!
 uicimus: in nostro est ecce Corinna sinu,

55 libellos *PYSw*: libellum *ç* 33 ferunt *PYSw*: ferant *ç*: ferent *Pa* (ut uid.) *T* 39 proclinet *PY* (ex -clan-) *Sw*: proclamet *Vb*: procuruet *H*: declinet *ç*: propellat *F¹* 40 uenti (-tis *PW*) spectent *Pç*: uentis *Y*: uentus spectet *ySç*: uenti spirent *exc.* *Dousae* aestus *w*: eurus *PYSç* 41 soli *PYç*: pleni *ySw* 45 umeris *PYSç*: ulnis *ç* carpam *PYSw*: sumam *ç*: iungam *AcQ²W¹* 46 cadet *ySw*: cadit *PYAb¹* 48 et cumulus mensae *PYSç*: et cumulus mensa *ç*: pro mensa cumulus *ç*: et tumulus mensae *Pc*: et tumulus mensa *PbPf*: pro mensa tumulus *D* (ut uid.) *w* esse potest *PYSw*: instar erit *ç* 55 alto *Sw*: albo *Y*: algo *P*

XII 1 laurus *PYDT*: lauri *Sw*

quam uir, quam custos, quam ianua firma (tot hostes!)
 seruabant, ne qua posset ab arte capi.
 haec est praecipuo uictoria digna triumpho 5
 in qua, quaecumque est, sanguine praeda caret.
 non humiles muri, non paruis oppida fossis
 cincta, sed est ductu capta puella meo.
 Pergama cum caderent bello superata bilustri,
 ex tot in Atridis pars quota laudis erat? 10
 at mea seposita est et ab omni milite dissors
 gloria, nec titulum muneris alter habet:
 me duce ad hanc uoti finem, me milite ueni;
 ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui. 15
 nec casum fortuna meis immiscuit actis:
 huc ades, o cura parte triumphe mea!
 nec belli est noua causa mei: nisi rapta fuisset
 Tyndaris, Europae pax Asiaeque foret;
 femina siluestres Lapithas populumque biformem 20
 turpiter apposito uertit in arma mero;
 femina Troianos iterum noua bella mouere
 impulit in regno, iuste Latine, tuo;
 femina Romanis etiamnunc Vrbe recenti
 immisit soceros armaque saeuia dedit. 25
 uidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros:
 spectatrix animos ipsa iuuenga dabat.
 me quoque, qui multos, sed me sine caede, Cupido
 iussit militiae signa mouere suae.

XIII

Dum labefactat onus grauidi temeraria uentris,
 in dubio uitae lassa Corinna iacet.
 illa quidem, clam me tantum molita pericli,
 ira digna mea est, sed cadit ira metu.

3 firma tot hostes ω: firmat ut hostis *PYS*: firmus ut hostis ζ: fortis ut hostis (-es *BEa*)
 γζ: fortior hostes *Vb*; firma seraque *H* 10 atridis *PYω*: atrida *DN*: atride *PaPf*: atridas
Sζ: atrides *H* 11 dissors *PY*: discors γω 13 hanc *PYSob*: hunc ω uoti finem
PYSω: finem uoti ζ 17 belli est *PYSζ*: belli ζ causa γζ: cura *PYSζ* 20 uertit *PYω*:
 mouit *S* 21 noua *PYSω*: fera ζ 27 qui multos *PYSζ*: cum multis ζ me *PYω*: nunc
SHVa

XIII 1 dum *PYSω*: cum ζ 2 lassa *PYSω*: lapsa ζ 3 clam me ζ: clamat *PYSω* 4 mea
 est ζ: mea *PYSζ*

sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo:
 est mihi pro facto saepe, quod esse potest.
 Isi, Paraetonium genitaliaque arua Canopi
 quae colis et Memphin palmiferamque Pharon,
 quaque celer Nilus, lato delapsus in alueo,
 per septem portus in maris exit aquas,
 per tua sistra precor, per Anubidis ora uerendi
 (sic tua sacra pius semper Osiris amet
 pigraque labatur circa donaria serpens
 et comes in pompa corniger Apis eat), 10
 huc adhibe uultus et in una parce duobus:
 nam uitam dominae tu dabis, illa mihi.
 saepe tibi sedit certis operata diebus,
 qua tingit laurus Gallica turma tuas.
 tuque, laborantes utero miserata puellas
 quarum tarda latens corpora tendit onus,
 lenis ades precibusque meis faue, Ilithyia! 15
 digna est quam iubeas muneris esse tui.
 ipse ego tura dabo fumosis candidus aris,
 ipse feram ante tuos munera uota pedes;
 adiciam titulum SERVATA NASO CORINNA; 20
 tu modo fac titulo muneribusque locum.
 si tamen in tanto fas est monuisse timore,
 hac tibi sit pugna dimicuisse satis.

XIV

Quid iuuat immunes belli cessare puellas
 nec fera peltatas agmina uelle sequi,
 si sine Marte suis patiuntur uulnera telis
 et caecas armant in sua fata manus?
 quae prima instituit teneros conuellere fetus,
 militia fuerat digna perire sua. 5

7 genitaliaque γζ: genitaliaque ζ: gentiliaque *PYSζ* arua *PYω*: arma *Sζ* 9 delapsus
PYSω: dilapsus ζ in alueo *PYSω*: in aluo ζ: ab alueo *Ac*²: ab aruo *Pf*¹ 10 portus
PYSω: portas *F1Pa*, Bentley 11 sistra *PYSω*: sacra ζ 13 circa *PYSζ*: circum ω 14
 pompa *PYω*: pomparam *SW*² 17 sedit *Z*, Heinsius: dedit *PYPf*: seruit *ObPh* (*u.l.*):
 meruit γω 18 qua *PYSω*: quis ζ: quam *D*: quas *Pf* tingit *PYFVb*: cingit γω: tangit
SF (*ut uid.*) laurus *PYSω*: lauros ζ turma *PYSζ*: turba γζ 21 meis faue ilithyia
PYS: faue lucina puellae γω: meis lucina faueto *Pc* (*u.l.*) *X* 25 corinna *PYS*¹ (*ex corr.*)
 ω: puella *S1T* 27 timore *PYSω*: periclo *m*.² in ζ

scilicet ut careat rugarum crimine uenter,
sternetur pugnae tristis harena tuae?
si mos antiquis placuissest matribus idem,
gens hominum uitio deperitura fuit,
quiue iterum iaceret generis primordia nostri
in uacuo lapides orbe, parandus erat.
quis Priami fregisset opes, si numen aquarum
iusta recusasset pondera ferre Thetis?
Ilia si tumido geminos in uentre necasset,
casurus dominae conditor Vrbis erat.
si Venus Aenean grauida temerasset in aluo,
Caesaribus tellus orba futura fuit.
tu quoque, cum posses nasci formosa, perisses,
temptasset, quod tu, si tua mater opus.
ipse ego, cum fuerim melius periturus amando,
uidissem nullos matre necante dies.
quid plenam fraudas uitem crescentibus uuis
pomaque crudeli uellis acerba manu?
sponte fluant matura sua; sine crescere nata:
est pretium paruae non leue uita morae.
uestra quid effoditis subiectis uiscera telis
et nondum natis dira uenena datis?
Colchida respersam puerorum sanguine culpant,
aque sua caesum matre queruntur Ityn:
utraque saeuia parens, sed tristibus utraque causis
iactura socii sanguinis ulta uirum.
dicite, quis Tereus, quis uos irritet Iason
figere sollicita corpora uestra manu?
hoc neque in Armeniis tigres fecere latebris,
perdere nec fetus ausa leaena suos.
at tenerae faciunt, sed non impune, puellae:
saepe, suos utero quae necat, ipsa perit;
ipsa perit ferturque rogo resoluta capillos,
et clamant 'merito' qui modo cumque uident.
10
15
20
25
30
35
40

XIV 8 sternetur *PY*: seruetur *S* 10 uitio *codd.*: citius *Watt* fuit *PY*: foret *S* 11
iaceret generis *PYS* (generis in marg., sed post iaceret insertum uoluit) *ω*: generis iaceret
15 necasset *yS*: negasset *PYVb*¹ 18 fuit *PYS*: foret *ω* 24 crudeli *py*: crudelis
PY (-llis) *FN*¹ (*ut uid.*) 25 fluant *PYS*: fluent *y*: fluunt *ς* s.f.m.s. *PYS*: s.s.m.f. *ς*
29 puerorum *PYS*: natorum *ς* culpant *PY*: matrem *SFH* 30 aque *QX*: atque
PYS 32 uirum *PY* (est post iactura sscr. *y*) *S*: uirum est *ς* 33 dicitte *PY*: discite
S: iason *yS*: iaso *PY* (*ut uid.*) 35 hoc *PYS*: haec *ς* 40 clamant...uident *PYS*:
clamat...uident *ς* qui *PY*: quae *S*

ista sed aetherias uanescant dicta per auras,
et sint ominibus pondera nulla meis.
di, faciles peccasse semel concedite tuto;
et satis est: poenam culpa secunda ferat.

XV

Anule, formosae digitum uincture puellae,
in quo censendum nil nisi dantis amor,
munus eas gratum; te laeta mente receptum
protinus articulis induat illa suis.
tam bene conuenias quam mecum conuenit illi,
et digitum iusto commodus orbe teras.
felix, a domina tractaberis, anule, nostra:
iuideo donis iam miser ipse meis.
o utinam fieri subito mea munera possem
artibus Aeaeae Carpathiue senis!
tunc ego, cum cupiam dominae tetigisse papillas
et laeuam tunicis inseruisse manum,
elabar digito quamuis angustus et haerens
inque sinum mira laxus ab arte cadam.
idem ego, ut arcana possim signare tabellas
neue tenax ceram siccaque gemma trahat,
umida formosae tangam prius ora puellae;
tantum ne signem scripta dolenda mihi.
si dabor ut condar loculis, exire negabo,
astrigens digitos orbe minore tuos.
non ego dedecori tibi sum, mea uita, futurus,
quodue tener digitus ferre recuset onus.

XV 1 uincture *ς*; uincture *Va*²: uincture *Y(-ae)* *ς*; uinc&ire *P*: uincire *SH* 2 censendum
PYS: censendum est *ς* 5 illi *PYS*: illa *ς* 8 iam *S*: tam *Y*: heu *ς*: ah *Heinsius olim:*
de P incert. 9 fieri subito *PYS*: subito fieri *ς* 10 aeaeae *P* (*ut uid.*) *y* (*aecq*/ [aeee/ *Y*])
S (*qeę*): eoe *ς*: ethee *F*¹ *Q*¹: eolie *Pf*: aonii *D*: emoniis *Ab*² *B*¹: et circes *X*: aut circes *Ac*
(ex corr.) *Vb* carpathiue *PYOb* (*spatio ante u relicto*) *Ph*: carpathiique *S* 11 ego
cum *Oliver* (ego cum [cupiat domina et] iam *Rappold*): ego *W*¹ *Kd*: ego si *F*: ego te *PYS*:
ego me *AbBb* (egomet) *PhW*²: per te *Pc* (*u.l.*) *T* dominae *codd.*: domina et *Madvig* 14
sinum *PYS*: sinus *ς*: sinu *BbPc*² *X* laxus *PYS*: lapsus *y*: 19 dabor *codd.*: trahar
Némethy condar *PYS*: credar *Md*: credas *Bb* 21 sum *ω*: sim *PYSOb*

me gere, cum calidis perfundes imbribus artus,
damnaque sub gemmam perfer euntis aquae.
sed, puto, te nuda mea membra libidine surgent,
et peragam partes anulus ille uiri.
irrita quid uoueo? paruum proficiscere munus:
illa datam tecum sentiat esse fidem.

25

XVI

Pars me Sulmo tenet Paeligni tertia ruris,
parua, sed irriguis ora salubris aquis.
sol licet admoto tellurem sidere findat
et micet Icarii stella proterua canis,
arua pererrantur Paeligna liquentibus undis,
et uiret in tenero fertilis herba solo.
terra ferox Cereris multoque feracior uuis,
dat quoque baciferam Pallada rarus ager,
perque resurgentes riui labentibus herbas
gramineus madidam caespes obumbrat humum.
at meus ignis abest, uerbo peccauimus uno:
quae mouet ardores, est procul; ardor adest.
non ego, si medius Polluce et Castore ponar,
in caeli sine te parte fuisse uelim.
solliciti iaceant terraque premantur iniqua,
in longas orbem qui secuere uias;
aut iuuenum comites iussissent ire puellas,
si fuit in longas terra secunda uias.
tum mihi, si premerem uentosas horridus Alpes,
dummodo cum domina, molle fuissest iter;

5

10

15

20

23 perfundes *y* (*ex -ēs [ut uid.]*) *Sō*: perfundis *PY*: perfundens *ç* 24 gemmam *AbW²*:
gemmas *W¹*Mn: gemma *PYSō*: gemmis *T* perfer euntis *codd.*: fer pereuntis *Dousa*
25 nuda *PSDP^f*: uisa *yō*: *de Y incert.* libidine surgent *yō*: libidinis urgent (-uent) *S*
PYS 26 peragam *PYSQ²VaW²*: peraget *yō* ille *PYSç*; ipse *yç*; iste *T* 27 uoueo
PYō: foueo *S*: moueo *Pf*: moneo *BbVa²Vb*

XVI 1 pars me *PYSō*: me pars *ç* 7 cereris *PYō*: ciceris *S* uuis *codd.*: uuae *Heinsius in*
textu, multaeque...uuae in *notis* 8 baciferam *PYō*: paciferam *S* 11-12, 23-26 *totos*,
13, 16-18, 21-22 *partim restituit P³ sine mutatione, ut uid., cum P paene euaniisset* 12
adest *ySō*: abest *P³Y* 17 aut *P³YSç*: at *ω* 19 tum *Yç*: tunc *ç*: tu *PSC* premerem
ySō: premerent *PYb*: premeret *ç*: petere *Pf* uentosas horridus alpes *PYō*: uentoso

cum domina Libycas ausim perrumpere Syrtes
et dare non aequis uela ferenda Notis;
non quae uirgineo portenta sub inguine latrant
nec timeam uestros, curua Malea, sinus
nec quae summersis ratibus saturata Charybdis
fundit et effusas ore receptat aquas.
quod si Neptuni uentosa potentia uincat
et subuenturos auferat unda deos,
tu nostris niueos umeris impone lacertos:
corpore nos facili dulce feremus onus.
saepe petens Hero iuuenis tranauerat undas;
tum quoque tranasset, sed uia caeca fuit.
at sine te, quamuis operosi uitibus agri
me teneant, quamuis amnibus arua natent
et uocet in riuos currentem rusticus undam,
frigidaque arboreas mulceat aura comas,
non ego Paelignos uideor celebrare salubres,
non ego natalem, rura paterna, locum;
sed Scythiam Cilicasque feros uiridesque Britannos
quaueque Prometheo saxa crux rubent.
ulmus amat uitem, uitis non deserit ulnum;
separor a domina cur ego saepe mea?
at mihi te comitem iuraras usque futuram —
per me perque oculos, sidera nostra, tuos.
uerba puellarum, foliis leuiora caducis,
irrita, qua uisum est, uentus et unda ferunt.
si qua mei tamen est in te pia cura relictii,
incipe pollicitis addere facta tuis
paruaque quam primum rapientibus esseda mannis
ipsa per admissas concute lora iubas!

30

40

45

50

23 non *P³Yç*: nec *Sç* 24 nec *P³Sō*: non *YVa¹* 25 nec *YSō*: non *P³ç* quae *P³YSç*:
quas *ω* 26 receptat *P³yō*: (effusa sorore [*ut uid.*]) captat *Y*: repotat *T*: reportat *SVa¹*
(-et) *X*: resorbet *LaMj*: retemptat *Ac* 27 neptuni *PSō*: neptunum (-niuム H)
Yç uincat *ç*: uincit *ω*: uincit *PYSç* 28 auferat *ω*: auferet *PYSç* 31 hero *JhKe*: heron
PYSō 32 tum *yō*: tunc *ω*: tu *PYB* (...transnasses) *C¹*: nunc *SOb* 35 currentem
PYSō: parentem *Mm, exc. Put, et Scal.* 37 celebrare *PYSō*: celebrosse *Y* 40 saxa
crux *PYSō*: sanguine saxa *ç* rubent *PYSç*: madent *ω* 41 uitem *PY(ut uid.)* *ω*: uites
Sç 43 iuraras *PYSō*: iurabas *ω* 44 sidera nostra tuos *PYSō*: qui rapuere meos *ç* 46
iuratas *PYSō*: iuratoque ut *Sç*: iurata que *Heinsius*, unde *PYSō*: aura *ç* 51 que *P(ut*

XVII

Si quis erit, qui turpe putet seruire puellae,
illo conuincar iudice turpis ego.
sim licet infamis, dum me moderatius urat
quea Paphon et fluctu pulsa Cythera tenet.
atque utinam dominae miti quoque praeda fuisse,
formosae quoniam praeda futurus eram! 5
dat facies animos: facie uiolenta Corinna est;
me miserum! cur est tam bene nota sibi?
scilicet a speculi sumuntur imagine fastus,
nec nisi compositam se prius illa uidet. 10
non, tibi si facies nimium dat in omnia regni
(o facies oculos nata tenere meos!),
collatum idcirco tibi me contempnere debes:
aptari magnis inferiora licet.
traditur et nymphae mortalis amore Calypso
capta recusantem detinuisse uirum; 15
creditur aequoream Pthio Nereida regi,
Egeriam iusto concubuisse Numae;
Vulcani Venus est, quamuis incude relicta
turpiter obliquo claudicet ille pede; 20
carminis hoc ipsum genus impar, sed tamen apte
iungitur herous cum breuiore modo.
tu quoque me, mea lux, in quaslibet accipe leges;
te deceat medio iura dedisse foro.
non tibi crimen ero, nec quo laetere remoto; 25
non erit hic nobis infitiandus amor.

XVII 1 putet *Sω*: putat *ς*: puto *P*: puter *Y* 3 sim *ySω*: sit *PY* moderatius *PYSς*:
moderantius *ς* urat *PYω*: urit *SPF* 4 et fluctu *yS²* (*ex-ū*) *ω*: ex fluctu *X*: in fluctu *Vbz*:
et fluctus *PYς* pulsa *PYSς*: nata *ς*: culta *ς* 5 miti *YSς*: mitis *yω*: om. *P* 7 facie *S²ς*:
facies *PY* (*ex-iei* [*ut uid.*]) *S¹ω* corinna *Sω*: corinnae *PYς* est *PySω*: om. *Yς* 10 illa
ySω ipsa *ς*; ulla *Y*: *de Pincert.* 11 nimium dat in omnia *yω*: animum dat in omnia *Yς*:
animum dat nomina *P* (*ut uid.*) *SObz* regni *PSVaz*: regnum *yω*: regna *YC* (*u.l.*) *H*
12 nata *PYSω*: docta *ς* 15-16 cum 17-18 commutant *Zkb* 15 traditur *P* (*tard-*) *YSς*:
creditur *ω* 16 recusantem *PYSς*: reluctantem *ς* 17 creditur *PYSς*: credimus *ω* pthio
Knoche: phthio *Va²Ma*: pthio *Pc*: pthio *y* (*py*) *Sς*: phthio *uel* phthio *uel* phthio *uel sim.*
ω: *io PY* (*ut uid.*): peleo *H²Ph²ψ* 19 vulcani uenus est *PYSς*: vulcano uenerem *yω* 22
herous *yS* (-oīus) *ω*: inuersus *PY* 24 deceat *PYSς*: decet e *DF*: decet in *ω* foro *PYς*:
toro *ς*: modo *S* 25 nec *ySω*: ne *PYPh*: non *ς*

sunt mihi pro magno felicia carmina censu,
et multae per me nomen habere uolunt.
noui aliquam, quae se circumferat esse Corinnam;
ut fiat, quid non illa dedisse uelit?
sed neque diuersi ripa labuntur eadem
frigidus Eurotas populiferque Padus,
nec nisi tu nostris cantabitur ulla libellis;
ingenio causas tu dabis una meo. 30

XVIII

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem
primaque iuratis induis arma uiris,
nos, Macer, ignaua Veneris cessamus in umbra,
et tener ausuros grandia frangit Amor.
saepe meae 'tandem' dixi 'discede' puellae;
in gremio sedit protinus illa meo.
saepe 'pudet' dixi: lacrimis uix illa retentis
'me miseram! iam te' dixit 'amare pudet?'

implicuitque suos circum mea colla lacertos
et, quae me perdunt, oscula mille dedit.
uincor, et ingenium sumptis reuocatur ab armis,
resque domi gestas et mea bella cano.
sceptra tamen sumpsi curaque Tragoedia nostra
creuit (et huic operi quamlibet aptus eram).
risit Amor pallamque meam pictosque cothurnos
sceptraque priuata tam cito sumpta manu;
hinc quoque me dominae numen deduxit iniquae,
deque cothurnato uate triumphat Amor.
quod licet, aut artes teneri profitemur Amoris
(ei mihi, praeceptis urgeor ipse meis!), 20

27 sunt *PYω*: sint *Sς* mihi *PYSω*: tibi *ς* 28 uolunt *PYω*: rogan *S* 32 eurotas *PYω*:
eurotes *Sς*: eurotes *C*: europas *Vb*: eufrates *ς*: orontes *H*

XVIII 3 ignaua *Tψ*: ignaua *P* (*ut uid.*) *YSω*: ignauae *ς* 5-6 om. *Pψ*, add. *in ima pag.* *Pan p incert.* 5 tandem dixi *P* (*aut p*) *Yς*: dixi tandem *Sς* 8 iam te *PYSω*: te iam *ς*: cur te *ς*
13 curaque...nostra *PYς*: uersuque...nostro *Sς* 16 cito *PYSω*: bene *ς* 19 aut artes
PYς: aut partes *S¹N²*: ad partes *ω*: et partes *VaVb*: in partes *Ac* profitemur *PYSω*:
profiscior *ς* 20 urgeor (-ueor *H*) *PYSς*: torqueor *ς*

aut quod Penelopes uerbis reddatur Vlixi
 scribimus et lacrimas, Phylli relicta, tuas,
 quod Paris et Macareus et quod male gratus Iason
 Hippolytique parens Hippolytusque legant,
 quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem
 dicat et Aoniam Lesbis amica lyram. 25
 quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus
 scriptaque diuersis rettulit ipse locis!
 candida Penelope signum cognouit Vlixis,
 legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.
 iam pius Aeneas miserae rescripsit Elissae,
 quodque legat Phyllis, si modo uiuit, adest. 30
 tristis ad Hypsiylen ab Iasone littera uenit,
 dat uotam Phoebo Lesbis amata lyram.
 nec tibi, qua tutum uati, Macer, arma canenti,
 aureus in medio Marte tacetur Amor:
 et Paris est illic et adultera, nobile crimen,
 et comes extincto Laodamia uiro. 35
 si bene te noui, non bella libentius istis
 dicis, et a uestris in mea castra uenis. 40

XIX

Si tibi non opus est seruata, stulte, puella,
 at mihi fac serues, quo magis ipse uelim!
 quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit:
 ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.
 speremus pariter, pariter metuamus amantes,
 et faciat uoto rara repulsa locum. 5

21 penelopes PYSc: penelope ω uerbis reddatur PYc: uerboso reddat Sc: 22
 scribimus PYSc: scripsimus ξ 23 iason Sw: iaso PY 26 dicat ξ: diccat pVb (*incert.*):
 dictat PYSc Aoniam...amica lyram *Goold* (Aoniam...amata lyram *iam Borneque*):
 aoniae (aeoliae p) ...amica lyrae pξ: aoniae...amata (-te S) lyrae (y ex -is Y [ut uid.])
 PYSoB: aonio...amica uiro yξ: aonio...amata uiro ω 27 meus PYc: celer Sc: 28 ipse
 pξ: ille PYSw locis pySw: iocis PY 31 iam pius PYc: impius ξ: si pius S 32 uiuit
 PYc: uiuat Sc adest PY: habet pySw 34 uotam yω: uotum Yc: uoto S: notam pξ:
 notum P: nomen N amata PYSc: amica ξ lyram PYω: lyrae Sc: 35 quaPY: quam
 yω tutum pySw: tuto PYc 38 laodamia PY: laodomia ω: laudomia S: laudomia
 H: laudomia ξ 40 uenis PYSc: redis ξ

XIX separant yω, continuant PYSC¹ 5 metuamus PYSw: timeamus ξ: ueniamus Ea
 6 rara PYSw: grata ξ

quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet?
 nil ego, quod nullo tempore laedat, amo.
 uiderat hoc in me uitium uersuta Corinna,
 queaque capi possem, callida norat opem. 10
 a, quotiens sani capit is mentita dolores
 cunctantem tardo iussit abire pede!
 a, quotiens finxit culpam, quantumque licebat
 insonti, speciem praebuit esse nocens!
 sic ubi uexarat tepidosque refouerat ignes,
 rursus erat uotis comis et apta meis.
 quas mihi blanditias, quam dulcia uerba parabat! 15
 oscula, di magni, qualia quotque dabat!
 tu quoque, quae nos tro rapuisti nuper ocellos,
 saepe time insidias, saepe rogata nega,
 et sine me ante tuos projectum in limine postes
 longa pruinosa frigora nocte pati. 20
 sic mihi durat amor longosque adolescit in annos;
 hoc iuuat, haec animi sunt alimenta mei;
 pinguis amor nimiumque patens in taedia nobis
 uertitur et, stomacho dulcis ut esca, nocet.
 si numquam Danaen habuisset aenea turris,
 non esset Danae de Ioue facta parens; 25
 dum seruat Iuno mutatam cornibus Io,
 facta est quam fuerat gratior illa Ioui.
 quod licet et facile est quisquis cupit, arbore frondes
 carpat et e magno flumine potet aquam.
 si qua uolet regnare diu, deludat amantem!
 (ei mihi, ne monitis torquear ipse meis!) 30
 quidlibet eueniat, nocet indulgentia nobis;
 quod sequitur, fugio; quod fugit, ipse sequor.

7 quo PYs: quid ω mihi PYω: modo S: cum ξ fortunam pSWX¹: fortuna P (-no,
 quod in -na mutauit m.¹, ut uid., a sscr.) Yω: formosan Lee: curet PY: curat ξ: possit
 pySw 8 laedat PYω: laedit ξ: laesit pSPc (u.l.) XZ 10 opem PYSw: ope ξ 11 a PYω:
 o SZ dolores PYSc: dolorem ω 13 a PYω: o SZ 14 insonti PY: insontis Sw esse
 PYSc: illa ξ: ipsa yω 15 refouerat PYSCQ (u.l.) Va²: remouerat ω: renouerat Ac²Va¹:
 resoulerat ξ 19 ocellos PYSw: amores pAb² 20 time PYSc: fac Vb (u.l.) W²: face yω
 21 in PYω: om. SEA 23 longosque PYω: longos Sc 25 patens pYS^c: potens ω: latens
 PC¹ 29 io PYSo: ion Xy 31 cupid pySw: libert PY: (de qua)libet C (u.l.) H 32
 magno PYSc: medio ξ potet PySc: potere Y (ut uid.): portet Ob (ut uid.) Va¹: sumat
 ξ aquam PYSc: aquas ξ 34 ne PYSw: quod EaH: nunc ξ torquear pySw: torqueor
 PYc: urgeor H 35 quidlibet PS^c: quidlibet y (-liuet Y) ξ: quod licet ξ

at tu, formosae nimium secure puellae,
 incipe iam prima claudere nocte forem;
 incipe, quis totiens furtim tua limina pulset,
 quaerere, quid latrent nocte silentे canes,
 quas ferat et referat sollers ancilla tabellas,
 cur totiens uacuo secubet ipsa toro.
 mordeat ista tuas aliquando cura medullas,
 daque locum nostris materiamque dolis.
 ille potest uacuo furari litore harenas,
 uxorem stulti si quis amare potest.
 iamque ego praemoneo: nisi tu seruare puellam
 incipis, incipiet desinere esse mea.
 multa diuque tuli; speraui saepe futurum,
 cum bene seruasses, ut bene uerba darem.
 lento es et pateris nulli patienda marito;
 at mihi concessa finis amoris erit.
 scilicet infelix numquam prohibebor adire?
 nox mihi sub nullo uindice semper erit?
 nil metuam? per nulla traham suspiria somnos?
 nil facies, cur te iure perisse uelim?
 quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?
 corrumpis uitio gaudia nostra tuo.
 quin alium, quem tanta iuuet patientia, quaeris?
 me tibi riualem si iuuat esse, ueta!

40

45

50

55

60

³⁷ nouam elegiam inc. S₅ 38 forem PYS₅; fores ζ ; domum ζ 41 quas PY ω : quo S₅: quid ζ 42 ipsa PYS₅; illa ω 43 aliquando PYS ω : aliquantum ζ 44 daque PY₅: datque S¹'Vb¹: detque S¹ (ex corr.) ζ 47 iamque PYS ω : iam te ζ 52 concessa PYH: concessi pyS ω 53 prohibebor pyS ω : prohibeo P (-bis ex corr. m. ¹[ut uid.]) Y 58 corrumpit...tuo ω : corrumpit...suo PYS₅ 59 iuuet ω : iuuat p (-bat P) Y ζ : iubet S₅ quaeris PY: quaeres pSVb¹ (ut uid.): quaeras ω : quaere ζ 60 iuuat ω : iuuat ySAc'V ω ²: iubat P: iubet YC (u.l.)

LIBER TERTIVS

I

Stat uetus et multos incaeduа silua per annos;
 credibile est illi numen inesse loco.
 fons sacer in medio speluncae pumice pendens,
 et latere ex omni dulce queruntur aues.
 hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris
 (quod mea, quaerebam, Musa moueret, opus),
 uenit odoratos Elegia nexa capillos,
 et, puto, pes illi longior alter erat.
 forma decens, uestis tenuissima, uultus amantis,
 et pedibus uitium causa decoris erat.
 uenit et ingenti uiolenta Tragoedia passu:
 fronte comae torua, palla iacebat humi;
 laeua manus sceptrum late regale mouebat,
 Lydius alta pedum uincla cothurnus erat;
 et prior 'ecquis erit' dixit 'tibi finis amandi,
 o argumenti lente poeta tui?'
 nequitiam uinosa tuam conuiua narrant,
 narrant in multas compita secta uias.
 saepe aliquis digito uatem designat euntem
 atque ait "hic, hic est, quem ferus urit Amor!"
 fabula, nec sentis, tota iactaris in Vrbe,
 dum tua praeterito facta pudore refers.
 tempus erat thyrsu pulsum grauiore moueri;
 cessatum satis est; incipe maius opus.
 materia premis ingenium; cane facta uirorum:
 "haec animo" dices "area digna meo est."
 quod tenerae cantent lusit tua Musa puellae,
 primaque per numeros acta iuuenta suos.

I 1 incaeduа PYS: incidua ω 3 medio PYS ω : medio est ζ 7 odoratos yS₅: adoratos PY ζ : adornatos ζ : inornatos T elegia ω : elegeia PYSFPcV ω ² 10 et PYTV ω ¹: in S ω 12 humi PYS ω : humo ζ 13 mouebat PYS ω : tenebat ζ 14 lydius PY ζ : liuidus S ω alta PYS₅: apta γ ₅ erat PY ω : erant SD 15 equis erit dixit p (ut uid.) ψ : et qui erit dixit PY: haec quis erit dixit S₅: haec dixit quis erit ζ : (haec prior) et quis erit dixit ζ amandi PYS ω : amator H: amoris W¹ 21 tota...urbe PYS ω : toto...orbe Ea 22 praeterito PYS ω : postposito ζ 26 digna ω : facta PYS: grata Ea 27 cantent PY ω : cantant Sc

ARCA

Classical and Medieval Texts, Papers and Monographs

20

OVID: AMORES

**TEXT, PROLEGOMENA AND
COMMENTARY**

in four volumes

J C McKEOWN

VOLUME I

TEXT AND PROLEGOMENA

General Editors: Francis Cairns and Robin Seager
Assistant Editors: Neil Adkin, Sandra Cairns, Frederick Williams

ISSN 0309-5541

X FRANCIS CAIRNS